

æstimandi. Atque quod hoc delictum in detestando hoc perjurii corpore, de novo infallibiliter præsumam, ex eo moveor, quod illamet fatetur, nullibi domicilium se habere potuisse, unde etiam in futurum alibi id non inventuram, planè verisimile, & ejus delicti iteratio omninò timenda. Præter hæc video, illam semper novo accessu non solum perjurium, sed & eadem delicta, ob quæ justè relegata fuit, perpetrassè. Denique in ipso effractorio furto deprehensa incarcerata. Atque ultimò vereor, ne forte ob nimiam misericordiam, apud alios, hoc in casu malè audiamus. Et quando per se certum, etiam misericordiæ rationem dandam esse, à malisq; hominibus provinciam esse purgandam, quæ mea sententiâ nemini præjudicatum volo. *Hæc ille.*

ARTICULUS CIX.

Pœna magia.

1. Hic articulus docet, quomodo veneficæ puniendæ sint; igni scilicet, & sacra pagina dicit, maleficos non patieris vivere, *Exod. 22. vers. 19.* vide *Herm. Samson. In der Neundten Herenpredigt.* Vide omninò *Eichrod. de publ. judic. concl. 28. cum seqq.* Sed lamix anne occidendæ, etiamsi hominem nullum veneno necassent, etiamsi segetibus & animantibus non nocuissent, eo ipso tantum, quod Dæmoni fœderatæ, quod conventui, nocturnis lamiarum & Dæmonum saltationibus, de quibus consule *Responsum Juris in arduâ & gravi quâdam causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, q. 1. per tot.* interesse solitæ, & quæ ibi exercentur præstare? Quod cum communi Theologorum & Jctorum Scholâ adfirmamus. Et Carolus V. in d. art. hoc definire voluit, qui damnum veneficio intulerint, illos semper igne puniendos, qui verò non intulerint, illos aliquando igne, aliquando alio supplicio puniendos, ut latius prosequuntur, *Dn. Herm. Goëhaus. in decis. trium quest. usu frequentium, q. 3. p. 33. & 30. 31. 32. 34. cum seqq. & in decis. aliquot questionum ad veneficiorum materiam pertinentium, q. 2. p. 32. & part. 4. peric. 1. q. Acad. 8. p. 42. 43. 44. Eichrod. de publ. jud. concl. 30. cum seqq. Dn. Henr. Bocer. de omnis gen. homic. lib. 1. c. 4. num. 77. Thom. Metzg. decad. conf. crim. conf. 1. num. 52. Frid. Martin. in interpretatione hujus articuli. Vide Matth. Steph. dict. art. 109. & ab eo allegatos Dd. ut & Zieritz verb. & nemini tamen noceat, Christ. Besold. lib. 1. polit. c. 3. p. 104. ubi in contrariam sententiam allegat Jctos, Responsum Juris in arduâ causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, Nicolai Hampelii Typis impressum Marpurgi, Anno 1630. q. 3. num. 412. cum seqq. Confer Sigism. Witt. conf. 1. crim. continens confessionem & pœnam cujusdam magi. Confer Eichrod. de publ. jud. concl. 28. 29.*

2. De pœnâ cujusdam puellæ, 12. annorum, à propriâ matre seductæ ratione veneficii, tractat *Metzg. conf. crim. 7. per tot.* Notabilia tradit *Dn. Herman. Goëhaus. in decis. aliquot questionum ad veneficiorum materiam pertinentium, q. 17. p. 162.*

3. Hoc quoque in odium veneficii jure receptum, quod veneficus nobilis

bilis